



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

45. Fer. 4. De nimso Zelo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

74 Feria 3. Dom. 5. Epiph.

quando solt imaginationi & vanæ apprehen-
sioni innitens, interdum alicui molestiæ cor-
porali.

Conf. 2. Quomodo soleat esse hæc tenta-
tio pœna superbæ complacentiæ, ac inani
de seipso confidentiæ, juxta illud Ps. 13. & 51.
*Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt,
ubi non erat timor.*

Conf. 3. Remedium hujus tentationis est
s. 1. superbæ, & sui confidentiæ culpas flere
& in solo Dei auxilio confidere. Deinde an-
mare se bonis considerationibus beneficio-
rum Dei, vel sibi, vel alijs collatorum. Tan-
dem seipsum cogere, & nihil eorum, quæ suo
statui conveniunt, ob timorem prætermitte-
re: & si semel aut iterum non succedit, ter-
tiò & alijs vicibus, dante gratiam Deo, suc-
cedet. Potens est Deus.

MEDITATIO XLV.

Feria 4. Dom. 5. Epiph.

De nimio Zelo.

Aspiciam alterum scopulum proficien-
tium, zelum nimium. Petam illum intelo-
ligere, & evitare.

Conf. 1. Multiplicem esse zelum nimium,
quo alij externæ disciplinæ & cærimonijs ni-
mum addicti omnia illis postponunt: alij
corporis asperitates summi faciunt, mitio-
rémque

prehens
stia: co
c tenta
: inani
13. & 51.
averunt
onis el
as fieri
de an
reficio.
1. Tan
qua suo
rmite.
lit, ter
o, sic
ficien
intelo
nium,
ijs ni
t: alij
nitio
m quo

remque vitam amplexos contemnunt: alij
Christianam disciplinam observant omni ex
parte, at amarissimis cogitationibus proxi-
mos remissos damnant: alij desiderio ani-
marum convertendarum ardent indiscretè,
non attendentes aut ad salutis propriæ peri-
culum, aut ad incolumitatem communita-
tis, cui interdum sua indiscretione maxima
damna inferunt, suscipiunt occupationes
sine numero, quibus ita toti vacant, ut nil o-
rationi, meditationi relinquunt, quibus ait
D. Bern. de confid. *Non est sapiens, qui sibi non
est sapiens.*

Conf. 2. Quomodo in hoc zelo tempera-
mentum hoc sit adhibendum, ut quod in eo
ignorantiæ & superbiæ est, tollatur: quod
cum virtute conjunctum est, retineatur.

Conf. 3. Cærimoniarum observatores ut eas
retineant, sed majora minoribus anteponant, &
propter talia arboris fructus vendant. Aspe-
ritatum amatores discretè, & non sine Ma-
gistri spiritualis consilio eas suscipiant, ne ex-
hausti vitæ severitatem deserant, & imagina-
tione crescente dissolutè & immorigere vi-
vant. Corporis afflictioni ita vacandum, ut
vires non absumat, & internæ puritati profi-
ciat. Bona severitas in domando corpore,
sed melior humilitas. Qui alienam salutem
sua præferunt, ordinem charitatis servent,

76 FERIA 5. DOM. 5. EPIPH.

& à seipsis conversionem incipiant. Milites
fessi non vincunt. Mater non comedendo
non alit liberos. Pauperes & inopes non dis-
tabunt alios.

MEDITATIO XLVII

FERIA 5. DOM. 5. EPIPH.

Incuria in operando.

Videbo alium scopulum proficientium
negligentiam. Petam eam intelligentiam
& evitare.

Conf. 1. Quomodo tententur interdum
proficientes negligentiam in operando, mu-
niaque sua sive spiritualia, sive temporalia
cum tristitia, & nausea obeundo. Est autem
negligentia alia summa, & supina, quæ est
nullam vel modicam diligentiam adhiben-
tis, & ejus, qui supinus in lecto jacens ad res
non attendit, similis: alia gravis, & culpa-
bilis, qualis est non adhibentis sufficientem
diligentiam, juxta exigentiam negotij: alia le-
vis, & venialis. Deficit à diligentia imperti-
nens, importunus, inordinatus, excessivus.

Conf. 2. Diligentiam aliam esse summam
& exactissimam, quæ adhiberi potest, possibi-
lisque, & qualem accuratissimi in suis rebus
usurpare solent: alia mediocris, quæ commu-
niter adhibetur à prudentibus juxta exigen-
tiam negotij, & circumstantias, quæ adhibita